



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

III. De clandestina desponsatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

Licetne impuberibus a contractis semel sponsalibus resiliere?

Ante pubertatem non licet, ne quidem communi consensu. Ubi vero ad pubertatem pervenerint, a sponsalibus, quæ ante pubertatem contraxerint, recedere, si velint, possunt. Nisi copula carnalis intervenerit; tunc enim intelligitur contractum esse matrimonium, licet nondum fuerint puberes, sed proximi pubertati, malitia supplente ætatem. Sed & interdum ob bonum pacis, & ubi agitur magnum Reipubl. commodum, permitti potest, ut etiam impuberes eo casu jungantur, quia salus Reipubl. suprema lex est.

c. De illis
7. cum
duob.
seqq. b. t.
c. De illis
9. eod.
c. ult. eod.

De Clandestina desponsatione.

TIT. III.

1. Matrimonium quod & quando clam contrahi dicitur?

Quod contrahitur absque testibus tribus aut minimum duobus, ac Parrocho, vel alio Sacerdote, cui Pastor hoc munus demandavit, & non facta publice in Ecclesia parœciali trina denunciatione, inter quos sit contrahendum matrimonium, ut, si qui matrimonio ali-

T 5

quid

e. 3. h. t. quid objectum velint, interim compareant & objiciant.

2. *Matrimonium ita contractum an jure nullum?*

e. 1. § 2. h. t. Non; jure utique canonico seu Decretalium. Nam eo jure matrimonia clandestina, libero consensu contrahentium celebrata, erunt rata & firmata. Multa quidem prohibentur fieri, quæ tamen præterita tenent, nec sunt rescindenda. De jure Canonico; quia novissime Concilio

Sess. 24. n. reform. matrim. c. 1. §. qui c. 1. h. t. Trid. decrevit, ut aliter, quam præteritro Parocho, vel alio Sacerdote, de ipsius Parocho vel ordinarii licentia, & duobus vel tribus testibus, contracto matrimonii actus ejusmodi esset nullus & irritus.

De Desponsatione duarum.

TIT. IV.

1. *Licetne sponsalia contrahere cum duabus?*

Nullo modo; v. g. qui sponsalia contraxit cum una & deinde cum altera tenetur adhærere primæ, quia non potest fidem fallere.

2. *Quid si cum una contraxerit sponsalia futuro, & cum alia de presenti vel cum utraque de presenti?*